

esse iudicaret. Quamvis igitur navigandi potestas esset. Iudaei A ex pactione faciendi: id tamen de die in diem differerebat, ut mutandi consilii spatium intercederet. Itaque cum in principio fuissent illi tres in Portugallia portus assignati, unde confederentis intercederet, ne quicumque ex illis aliunde, quam ex Olyssipponensi portu solveret. Quo factum est, ut innumerabiles Iudaeorum multitudo Olyssipponem conflueret, Interim vero dies dicta praeterfluxit, ita ut esset illis necessesse, qui nondum emigrare poterant, libertate spoliari. His tandem malis perique victi, Christianam religionem aut ex animo profiteri, aut saltem calidè simulare maluerunt, quam in tanta acerbitate traducere. Cum fidei igitur Christianae confessione, fontibus sacris abluti, & filios, & libertatem recuperarunt, multisque à Rege praemiis clementer invitati, in Portugalliae regni satis commode vitam exegerunt. *Oforius lib. 1. c. 1. Emmanuelis.*

MODI. QUOMODO, VEL PERSECUTIONE APERTA.

SAULI magnus fuit zelus, qui Christianos passim, & publicè, & privatim persequeretur, & vestes eorum, qui Stephanum lapidibus obruebant, sedens custodiebat. Quinetiam à principe sacerdotum literas accepit ad synagogam, quae erat Damasci, ut si quos inveniret ibi, qui invocarent nomen Christi, vincitos perduceret in Hierosolymam. *Ad. 8. 9. & 22. Galat. 1.*

In AEGYPTO plurimi Iudaeorum execrati sunt, quod ut Caesarem dominum, aut quemquam alium praeter Deum profiterentur, neque hortationibus ullis, neque minis compelli poterunt. Nullius igitur aut sexus, aut aetatis respectus fuit. Pueri, & adulti per varios sunt cruciatus necati. Mirum videri id Lupo Alexandriae praefidi, & mirum alijs, qui huiusmodi spectaculis adeant, quod tanta esset Iudaeis in supplicijs, & cruciatu constantia. Scripsit VESPASIANUS Lupo, à quo fuerat factus certior de novo Iudaeorum motu, ut templum, quod Iudaei habebant in Aegypto apud Thannas, funditus dirueret. Lupus templum clausit, prius donarijs spoliatum. Paulinus qui Lupo successit, omni postea cultu desertum reddidit: fuitque annus ille quo in sacrificare desitum est, trecentesimo ejus aedificationis, ac trigesimo, *Sabell. lib. 5. En. 7.*

ADRIANUS Imp. Iudaeorum omnium pertinaciam ultima caede perdidit, praecipueque, ne cui Iudaeo facultas introeundi Hierosolymam daretur, Christianis tantummodo civitate permitti: quam monebimus, & aedificijs instaurans, de suo nomine C. AELIAM appellavit. *Plinius, & Suetonius.*

AN 408. Cracoviae apud Polonos vulgo in Iudaeos impetu concitatae multitudinis, nequiquam prohibente Moscorovio praefecto, & Nicolao Lirio procuratore arcis, sevitum est. Direpta, & incensa eorum domus: seipsumque per plateas aliquot etiam in Christianorum castra, & templa incendium. Magnam autem CHRISTIANI in Iudaeorum pueris, quibus parsum erat educandis, & Christiana religione imbuendis, curam impendit. Adulti quoque, qui caedi superfluo plerique ultrò Christiani facti, Invidia opum fraude, & usuris qualitarum, & opibus aucta licentia, ac celerata flagitiaeque impunita, ipsi claudius illius caute fuere. *Cromerus lib. 16.*

INSIDIIS OCCULTIS.

Latinis Syria occupata bello Sacro, & per aliquot postea annos fortiter defensa, non tam magni Reges, imperatoresque formidolosi erant, quam ASSASSINI, gens obscura decem omnino incolunt oppida, circiter sexaginta virorum millia. Phoenicibus tunc contribuebantur. Eadem fere in regione fuere Efficeni, qui, ut Plinius tradit, nocentes essent: quique sine pecunia & semina duabus generis humani pestibus degerent. Sed Assassini ex Perfide profecti creduntur: receptaque Mahumetis persuasione, sanctissimi omnium à Barbaris existimabantur: nec quae caeteri mortales cupiditate honorum ducuntur? ipsi inter se maxime unanimis: nulla de imperio, magistrali quoque ambitio: summam, arbitriumque rerum non nobilitati, sanguinique committunt: quem virum optimum iudicant, eum sibi praeficiunt. Senioresque, ac Aristacidam vocitant: eoque nomine contentum, caeterorum curam gerere jubent: & ut illum in commune consulere volunt, ita ipsi ea opinione imbuti sunt, ut sibi persuadent, in rebus humanis nihil antiquius esse, quam pro publica salute, cum tempora postulerent, omnes ita animo affecti, ut caelestem immortalitatem adepturos se numere numinis confidant, si haeresis suae quasi communis commodi, sanctitatisque hostes occiderint. Cui provincia eye-

nerit alicujus est nostris proceribus interimendis: is ut unus est nostris se nostrorum turba immiscens, per fallaciam caedem facit, sibi minime parcens, gnarumque sibi statim occumbendum esse. Sic Raymundus Comes Tripolitanus, quod eis infestus esset. Tripoli à duobus Assassinis confosus, caeterorum curam acuit, ut custodes corporibus suis adhiberet. *Emilius 1. 5.*

In Syria SARRACENUS quidam, quo tempore Godofredus Bulonius, ac comites ejus, pro Christi fide in Syriam trajecerunt, in medio foro Tyriz urbis, principem Conradum Bonifacium Montisferrati Marchionis filium occidit, statinque ipse quoque eodem in loco occisus est. Nam cum videret ob singulari Conradi virtutem magna Sarracenis inferri damna, voluit moriendo patriae, ac gentis suae legi, tanta virtute praedicatum hostem adimere. In hoc Scaevola Rom. tantò praefendus, quanto felicitatis rem, quam susceperat, transegit. *Fulgosius 1. 5. c. 6.*

Alius SARRACENUS fodem studio compulsus, Eduardum Henrici regis Britanniae F. qui Ptolemaide adversus Christi hostes Christianis in praedidio erat, secretum colloquium ab eo petens, occidere tentavit, sed Eduardus audacia periculum discessit. Nam celi duo, vel tria vulnura à Sarraceno accepit, ejus tamen dexteram tandi tenuit, quoad famuli Aristacidam foedè laceratum cubiculo extraxerunt. *Fulgosius 1. 5. c. 6. & Belonius lib. 8. Dec. 2.*

MAURUS quidam in Betica Hispania, cum Ferdinandus, & Elisabetha, Caesalutenes reges, Malacham urbem à Mauris in Betica possessam obsiderent: sperans se patriam eo bello liberaturos, si regem, reginamque bellum inferentes interimere potuissent: finxit se conditiones ferre, quibus finiri bellum posset, atque ita ad Hispanorum castra venit. Qui dum postea ad reges deducetur, in tentorium ornatumque ejusdam Hispani principis vocatus, cum uxore cubantis, & audire quae Maurus perfertet cupiens: ornamentorum specie deceptus, regem, & reginam puravit esse. Et veluti novus Scaevola, in utrumque impetu facto, quamquam vulnibus eos accessisset: tamen ministrorum interventu prohibitus, quod decreverat, exple nequivit. *Fulgos. lib. 5. c. 6.*

Parentum nostrorum aetate missus à Sultano SARRACENUS, ut sub praetextu ferendarum litterarum, Jacobum Lusignanum Cypri regem confoderet, arbitratus se cum interemisse, humerum gladio trajecit: captusque, atque acerbilissimis tormentis discruciat, ingenti animo, quia id se patria praestitisse dicebat, animam egit. *Fulgos. lib. 5. c. 6.*

JEJUNIO.

Caedem viri boni duorum mensium jejunio, & poenitentia expiari opinatur impius MAHOMETUS *Azora. 1. 10.* Et iurifurandi violationem jejunio trium dierum compensari asserit. *Azora. 13.*

FLAGELLIS.

Astragalote scutica Gallos, qui piaculum in Matris magnae Idae admittunt sacris, castigabant. Est ea scutica ex implicis astragaljs, vel nodosum lorum. *Plut. lib. cons. Coloten.*

AVERSATIONE.

Consule sub Tit. Sacrorum efficiens, Initiati, Profani.

JUDEI, qui Christo nomen dederant, agrè ferebant, Petrum Apostolum cum Cornelio centurione Ethnico congressum, & domum ejus baptizasse. Itaque Petrus Hierosolymis coram Ecclesia se purgavit. *Adrom. 2.*

DEMOPHOON rex Atheniensium, Orestem, quod pondum ex-Hipianus esset à patricio, à festo Choum, quod ipse instituerat, arcuit. *Atheniens. lib. 10. c. 12.*

ROLANI solis Aegyptijs sui civitatis cujuslibet denegarunt, ne orbem furiosus superstitiosis replerent. *Josephus libro 2. contra Apionem.*

PROSCRIPTIONE, EXILIO.

C. CORN. Hispanus, praetor peregrinus, M. Pompilius Læ-nate, L. Calphurnio Coss. edito Chaldaeos circa decimum diem abire ex urbe, atque Italia iussit: levibus, & ineptis ingenijs, fallaci siderum interpretatione quae suorum mendacis suis caliginem iniciens. Idem qui Sabazij Jovis cultu mores Romanos inficere conati sunt, domos suas repetere coegit. *Valerius lib. 1. c. 4.*

TIBERIUS Imper. Judaicos ritus exofus, Iudaeorum juventutem ad quatuor millia per speciem sacramenti, in provincias gravioris caeli distribuit: reliquos gentis ejusdem, vel familia sectan-

sectantes urbe submovit, sub poena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. *Suetonius.*

DIREPTIONE.

Sub rege Uladislao BUDÆ in Hungaria populus Judaorum aedes diripuit. *Bonfinius lib. 5. Dec. 5.*

MORTE.

TIBERIUS Caesar, sacerdotes Isiacos, quod Decium Mundum adolefcentem admisisset cum Paulina Romana in Isidis templo, in cruce adegit. *Josephus lib. 18. Antiq. & Egeisp. lib. 2.*

Jonathan rector, pseudopropheta, scitariorum unus, qui è bello Judaico in Cyrenaicam provinciam perfergerat, plebi se prophetam esse persuasit, & in solitudine perduxit, miracula multa se editurum pollicitus. Cyrenenses Judaeum Catullo praefidi prodiderunt: à quo captus est Jonathan. Caeterum ut vitam redimeret, Catullo distissimos quoque Iudaeorum prodidit falso, eos seditionis accusans, tam Romae, quam alibi. Inde perductus Romam, mendacisque convictus, virgibus primo caesus, deinde vivus exultus fuit, sub VESPASIANO. *Josephus lib. 7. cap. ult. bell. Jud.*

ATHENIENSES sacerdotem quandam interfecerunt, quoniam eam quidam accusavit peregrinos colere deos. Decreto autem adversus eos, qui peregrinum introducerent Deum, supplicium mortis inferebatur. *Joseph. lib. 2. cont. Apionem.*

SCYTHÆ Anacharfis, sapientia mirabilem apud Graecos, ad suos redeuntem interemerunt, quoniam videbatur Graecorum deorum ad eos venisse plenissimus. *Josephus lib. 2. contra Apionem.*

SUPERSTITIOSA CORRECTIO SUPERSTITIOSI, SIVE CULTUS SUPERSTITIOSI.

IN GENERE.

Idomeneus rex Cretae cum è bello Trojano domum rediens tempestate vexatus, promississet, si spes in regnum rediret, se primum, quod sibi de nave exiit occurrisset, immolaturum, eique occurrisset unica filia: votum solvere volens, à SUBDITIS regno pulsus est. *Homer. & Polib. lib. 16. Anthrop.*

Atheniensium cum hortarentur DIOGENEM Cynicum, ut mysterijs initiaretur: addentes, quod apud inferos principatum tenerent hi, qui sacris initiati essent. Ad ea Diogenes: Per quam ridiculum est, ait, si Aegesium, & Epaminondas, fortissimi duces, in caeno degunt: & Pataccion fur, & vilissimi quoque homines, quod initiati sunt, in summo apud inferos gaudio sunt. *Laertius lib. 6.*

LEONTYCHIDAS, Aristonis filius, cum porte illi proxima clavem draco circumvolutus esset complexus, idque augures affirmant esse portentum: Mihi, inquit, nequaquam videtur: sed si clavem fuisset complexa draconem, portentum erat. Lepidè hominum superstitiosum irrisit, qui sapenumerò terrentur his, quae casu, aut fortè fortuna eveniunt. *Plut. in Laconicis apophtheg.*

MASILLIENSES, vates & sacrificulos, qui quaestus gratia sacra circumferebant, suis oppidis exegere: ne religionis praetextu otium festarentur, & luxum. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13. ex Val. Max. lib. 2. cap. 1.*

ANTONINUM Caracallam Imp. eos condemnare statuisse, tradit Spartianus, qui contra terentis, & quartanas febres praeterea gestarent: quae à Luciano quoque lepidè irriduntur in *Dialogo philosophico.*

Halim Habdalla Arabum regis iussu, in Bercea, & Chalcide seductores, qui persuadebant Sarracenis, si omnia sua venderent, & nudi in mirum ascenderent, seque inde praecipitarent, quod in caelum essent subvolaturi, interfecit: cum res ipsa demonstrata, volentes in terram decidere, & crura, & artus frangere: anno 18. Constantini Copronymi, Christi 759.

ALLAD Tartarorum rex Assalinorum haerem extirpavit funditus. *M. Paulus Venetus lib. 1. cap. 28. Orient. bist.*

IN SPECIE CORRIGERE, DELERE, TOLLERE LIBROS SUPERSTITIOSOS.

Magna conservanda religio P. Corn. Cethego, & M. Bello Pamphilo Coss. apud ROMANOS acta cura est. Siquidem

in agro L. Petilii scribae (Plin. Cn. Terentii habet) sub Janiculo cultoribus terram altius versantibus, duabus arcibus lapideis reperitis, quarum in altera scriptura indicabatur corpus Numae Pomponij filij fuisse, 535. annis ante defuncti: in altera libri reconditi erant, Latini erant septem de jure pontificum, totidemque Graeci de disciplina sapientiae: Latini magna diligentia aservandos curaverunt: Graecos, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabantur, Petilius praetor urbanus ex auctoritate Senatus per victimarios, facto igne, in conspectu populi cremavit. Noluerunt enim praefici viri quicumque in sua civitate aservari, quo animi hominum à decorum cultu vocarentur. *Val. lib. 1. c. 1. & Plut. in Numa, & Plinius lib. 8. historia hujus auctores multos citat.*

Bello Punico secundo in summa varietate fortunae, novae quoque superstitiones Rom. populum invaserant. Quod malum M. Aemilius praetor S. C. recitatio sustulit, & edixit, ut quicumque libros vaticinos, precatioesque, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes, literaque ad se ante illum diem deferret: neve quis in publico, sacrove loco, novo, aut externo ritu sacrificaret. *Livius Decad. 3. lib. 5.*

Postquam AUGUSTUS Imp. Pontificatum maximum adeptus esset, quicquid fatidicorum librorum Graeci, Latiniq. generis, nullis, vel parum idoneis auctoribus vulgò ferebatur, supra duo millia contracta undique, combussit: ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito: & ne patenter omnibus, condidit duobus fortibus auratis sub basi Palatinij Apollinis. Superalibus vetuit currere imberbes. Item Secularibus ludis utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo majore natu propinquorum. Compitales Lares ornare bis in anno instituit, venis floribus, & æstivis. *Suetonius.*

SACRIFICIA SUPERSTITIOSA.

Sparthæ Orthia Dianæ templum, & simulachrum, è Taurica Cherfonneso ab Oreste, & Iphigenia furtim ablatum, religione sacrosanctum fuit. Cum autem Linnata, & Cynofurantes Spartani sacrum deae facientes ad jurgium, & caedes mutuas conversi essent, reliquos subita vis morbi absumpsit. Inde oraculum acceptum est, eam aram humano sanguine aspergi oportere. Quare cum ante fores duceretur immolandi, ius sacrificium LYCURGUS ad puberum plagas transfudit: quod fit, ut hoc etiam ritu nihilo fere minus sanguine humano aram imbuatur. Sacris praestit femina: ea tantisper, dum caduntur pueri, signum praestet, quod est aliqui propter breviteram levissimum. Verum si, quibus cadendi negotium datum est, eum quoque eorum, qui caduntur, ephoribus, vel ob speciem, vel ob natalium claritatem agant parca, tunc eo usque signum ajunt grave fieri, ut sacerdos illud sustinere nequeat. Quod ubi animadvertit, in cadentes seilicet causam confere, seque eorum culpa queritur onere opprimi. Adeo est ei signo è Taurica traslatitum, hominum sanguine lazari. Eandem sanè deam non Orthiam modò, sed Lygodesmiam etiam nominant, quod in Lygorum (vicis id genus) fructico reperta sit ad Altobaco, & Alopeo Iri filijs, qui eo reperto statim mente capti sunt. Sic erat autem vitice undecunque incincta, ut nihil à recto statu declinaret. Unde Orthia nomen inditum, *Pausanias in Lacon. & Plut. in Lycurgo.*

DARTUS Perfarum rex humanas hostias immolare prohibuit, caninam carnem escitare, cum veteri ritu Carthaginenses, tam obsceno cibo vescerentur. Edictum etiam, ne mortuorum corpora cremarent, sed humi conderent. *Sabellius lib. 9. Ennead. 3.*

GEO Sicilia tyrannus, debellatis apud Himeram Carthaginensibus, in pacis foedere compulsi illos, & hoc acceptis conditionibus adscribere, Ne posthac filios suos Saturno immolarent. Solebat enim ea gens infantes suos aet Saturni statuae cavæ, & intus incensa, ut sinum poneret, qui velur in Dei complexu enecabantur. Id ut Saturno gratum putarent, effecit fabula, quae narat illius omnes uxoris filios devorare solitum. Nam & Jovem devoratum erat, nisi pro puero faxum supposuissent. *Plut. in Regum Apoph.*

Pelagij, sicut Varro memorat, cum sedibus suis pulsi, diversas terras petissent, confluerunt plerique Dodonam, & incerti quibus haerent locis, ejusmodi accipere responsum: Post multos errores tandem in Latium venere, ibique in lacu Curtulensium amplissimum cepissent, virgultis, & arboribus com-

comptum, jactu ventorum per lacum vagantem conspicati, A has sibi sedes prædictas esse didicerunt. Itaque vastatis Siciliensibus incolis, occupare regionem, decima prædæ, secundum responsum, Apollini consecrata, erectis Diti facello, & Saturno ara: cujus festum Saturnalia nominantur. Cumque dii humani capibus ditem, & virorum victimis Saturnum placare se crederent, propter oraculum, quod *superstis apona, val carpi qmæ nixum* jubebat: HERCULEM ferunt postea cum Geryonis pecore per Italiam revertentem, suavisse illorum posteris, ut fastis sacrificiis inausulta mutarent, inferentes Diti, non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata: & aras Saturnias, non mactando viros, sed, accensis luminibus excolentes: quia non solum virum, sed & lumina *quæ* significant. Inde mos per Saturnalia missandis cercis cepit, simulque, ut festis sigillaribus, quæ Saturnalibus sunt juncta, oscilla sive sigilla scidilia pro se, atque suis piaculum pro Dite Saturno facerent. Et talium commerciorum celebritas Saturnalibus cepta, septem occupabat dies, à 14. Calend. Jan. exorsa. *Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 7. & 11.*

DIAGONDAS Thebanus in nullas calamitates incurrit, ut testatur Cicero in secundo de Legibus, licet omnia nocturna sacrificia propter eorum turpitudines perpetua lege fuisserit. *Natalis Comes Mythol. lib. 5. cap. 13.*

Apud Rom. pro familiarium hospitale pueri mactari consueverant: Laribus, & Maniæ matri larium, ex responso Apollinis, in compitis scilicet, capitibus supplicandum esse. Ludi, & sacra Compitalia dicebantur, eosque restituit Tarquinius Superbus. Verum pulsus regibus JUNIUS BRUTUS primus consul non humanis, sed & alli, & papaveris capitibus supplicari iussit, ut responso Apollinis satisfieret de nomine captum, remoto scelere inausulta sacrificacionis. Factumque est, ut effigies Maniæ suspensæ, pro singulorum foribus periculum, si quod immineret, expiarent. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 7.*

ROMANI Saturnum, & Latialem Jovem humana placabant hostia, eorumque simulachrum humano sanguine prolebant: donec tandem anno Urbis 657. Cn. Corn. Lentulo, & L. Licinio Crasso Coss. senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur. *Plin. lib. 30. cap. 1.*

LIVIVS lib. 4. Decad. 1. de pestilentia agens, qua ob siccitatem, & aquarum defectum urbs ROMA plurimum laboraverat, Cornelio, & T. Quintio Pæno Coss. hæc subdit: Nec corpora modo affecta tabo, sed animos quoque multiplex religio, & pleræque externa invasit. Novos ritus sacrificandi, vaticinandi inferentibus, in domos, quibus quæstui sunt, capti superstitione animi, donec publicis jam pudor ad primores civitatis pervenit, cernentibus in omnibus vicis, facillique peregrina, atque insolita piacula pacis Deum exposcendæ. Datum ergo negotium adhibus, ut animadvertent, ne qui nisi Romanidii, neu quo alio more, quam patrio colerentur.

Bacchanalium factorum mos novus institutus, cum ad perniciosa vasa iniret, ROMÆ sublati sunt. *Valerius lib. 1. cap. 1.*

SIMULACHRA, IMAGINES SUPERSTITIOSAS.

Herodes Judæorum rex, sublati omnibus, qui erant de sanguine regio, magis, ac magis, discessit à patriis ritibus, & peregrinis studiis veterum instituta corripuit. Athletica certamina quinto quoque anno in honorem Cæsaris instituit, theatro Hierosolymis extructo: deinde in campo amphitheatro utrumque sumptuoso opere conspicuum, sed alienum à Judaicis moribus, apud quos nullus est horum usus, nulla spectaculorum ostentatio. POPULUS hæc agrè ferebat, sed imprimis hominum cum bellis certamina: ægerimè verò trophæa victoriarum Augusti, quæ in theatro cum titulis de victarum gentium exereat. Nam cum putarent armis contentas imagines (quarum usus interdicitus est legibus) indignissime eas ferebant. A quibus cum eos sic abhorre Herodes animadverteret, per vim nihil agere voluit, sed blandis, alloquiis conabatur hanc superstitionem eximere: nihil tamen movebantur, sed credentes eum graviter peccare, uno ore exclamabant. Etiam si reliqua omnia ferre oporteat, non lauros ferè intra urbem hominum imagines, sic trophæa vocabant: hoc enim nefas esse. Herodes verò videns eos turbatos, & sine satisfactione non facile cessuros accitis ad se precibus ex illo numero, & in theatrum adductis, rogabat eos, ostentare trophæis, Quidnam hoc esse putarent. Cumque reclamaf-

sent, hominum esse imagines, iussit detrahi ornatum appositum, & ostendit nudos stipes. Quo facto in risum versa est indignatio concepta ex suspicione imaginum. *Josephus lib. 15. cap. 11. Antiq.*

JOSEPHUS Galliaz præfectus, sub Judaici belli initia persuasit Tiberienfibus, uti Herodis Tetrarchæ domum sumptuosissimam, quoniam multiformes haberet animalium figuras, quæ lege interdiciuntur, demolerent, & incenderent. *Josephus in sua vita.* Superstitio hæc fuit revera; sed tamen consuetudine patria exculari potest.

F U N E R A.

Laconibus sepeliendi omnem superstitionem exemit LYCURGUS, funerare in urbe extinctos, & habere ante oculos rerum monumenta religiosarum permittens. Nustulæ etiam piacula. Prohibuit quicquam cum corpore condi, præter punicum amiculum, quo & foliis oleaginis cadaver aquæ omnes involuerent. Inscriptiones etiam conditorum interdixit, præterquam eorum, qui in bello ceciderant: præterea luctus, & lamentationes. *Plat. in constitutis Laconicis.*

ROMANUS senatus post Cannensem cladem decrevit, ne matronæ ultra trigefimum diem luctus suos extendere, uti ab his sacra Cerebris peragi dicitur: quia majore penè Romanorum virum parte in execrabili, ac diro solo jacente, nullius penates mæroris expertes erant. Itaque matres, ac filiz, conjugeseque, & torores nuper interfectorum, absterfis lacrymis, depositique doloris insignibus, candidam induere vestem, & aris thura dare coactæ sunt. *Val. Max. lib. 1. cap. 5.*

SUPERSTITIOSA CORRECTIO IMPIETATIS, SIVE INJURIE ILLATÆ, RESPECTU LÆSIONIS, sive CRIMINIS. Huc Correctio

IMPIETATIS. IN GENERE.

ATHENSIS impiatorum corpora proici, & cadavera exterminari, nec filiorum, quidem filias aspicere licuit illorum, qui jugulati fuerant. *Plat. de tarda Dei vindicta.*

Aspasia violata religionis est rea facta Athenis, accusatore Comcediarum scriptore HERMIPPO: obicit præterea cam liberæ feminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad hæc rogationem tulit Diophanes, nomina ut deferrentur eorum, qui esse deos negarent, aut qui sarmones de rebus æthereis ferebant, ac suspicione perstringens Anaxagoræ causâ Periclem: Aspasiam eripuit Pericles precibus, pro qua vim lachrymarum in causâ dicenda, ut scribit Echines, profudit, obsecravitque judices. Anaxagoram trepidans ablegavit, atque ex urbe deduxit. *Plat. in Pericle.*

Melos insula una ex Cycladibus, Diagoræ patria, quia omnes incolæ athei essent, ATHENIENSIBUS excisa fuit, atque perditâ. Captus ibi diagoras vixit postea Athenis, & Atheniensium factorum mysteria usque adeo contempfit, ut complures averterit à religione, deterrueritque, ne jam vellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est prophanis edere, ille in vulgus extulit, modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, camque proscriptiorem palam in ærea columna posuerunt, addito præmi loco, talento, si quis hominem occidisset, si quis vivum adduxisset H duobus. Meminit hujus Aristophanes in Avibus. *Erasm. in Adag. ex Suida, & Diad. Siculo lib. 13.*

B L A S P H E M I Æ.

Anaxagoras Clazomenius, quia existimantibus ATHENIENSIBUS Solem esse Deum, ille cum faxum ignitum afferuit, paucorum sententia morte damnatus est. *Josephus lib. 2. contra Appionem. Laertius in vincula coniectum scribit.*

Protagoras Abderites sophista, temporibus illis vel maximum, cum in principio libri sui posuisset, De diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere: ATHENIENSIVM iussu, urbe, atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. *Cælius lib. 22. cap. 1. A. L. ex Cicero de Nat. deorum.*

NEGLIGENTIE CIRCA RES SACRAS.

Afragalote scutica Gallos, qui piaculum in Matris magnæ Idææ admittunt sacris, castigare Rom. solebant. Est ea scutica ex implicitis afragalas, vel nodosum lorum. *Plutarchus lib. contra Colotem.*

ATHENIENSIS ob cadavera militum non sepulta prætores decemvros clarissimos morte damnarunt. Pinaris cum novissimis, cæteris jam manus lavantibus, ad Herculis epulum venissent, tarditatis penam tulere. *Macrob. lib. 3. cap. 6. Saturnalium.*

ROMANI olim unum sacrificium trices instaurarunt, quod semper aliquid delicti, vel offensionis intervenisse diceretur. Tanta religio erat erga deos populi Romani. *Plut. in Coriolano.*

P. LICINIUS Pont. Maxim. Virginem Vestalem flagris dignam existimabat, quod parum diligens æterni igni custos fuisset: qui si extingueretur aliquando, inter dira auspicia numeratum est. *Livius lib. 8. Dec. 3. Flor. lib. 28. Valer. Max. lib. 1. cap. 1.*

TIBERIUS Scampronius, quem virtutis, & probitatis gratia cives plurimi fecerunt, successores creavit consul Scipionem Nasicam, & C. Martium. Cum jam in provincias profecti illi essent, incidit in libros ad sacra populi pertinentes: ubi quiddam, quod latuerat ipsum, solenne reperit: id hoc fuit. Cum auspicaretur consul, in domo extrajurbem, vel tabernaculo ad id conducto, sedebat. Quod si qua de causa redire in urbem nullis dum visis certis signis cogere, relinquendum erat prius conductum tabernaculum, & querendum alterum, ex quo de integro servaret de celo. Hoc cum Tiberium falleret, bis eodem usus, illos renunciavit consules. Cognito post vitio, rem ad senatum retulit, Neque neglexit adeo minutam offensionem senatus: scripsit Scipioni Nasicæ, & C. Martio, qui relictis provinciis illic Romanos regressi, depouerunt magistratum. *Plut. in Marcello, & Val. Max. lib. 1. cap. 1.*

ROMÆ bello Gallico duobus clarissimis viris sacerdotia sunt adempta: Cornelio Cethego, quod extra hostiam non ritè porrexisset: Q. Sulpicio, quod immolanti apex, quem gestant famines, de capite ei deluxisset. *Item.*

P. Cælius, M. Cornelius, M. Cethegus, & C. Claudius, propter extra parum curiosè adnota aris deorum immortalium, tumque potissimum cum essent varia tempora, bellisque multis occupata, faminio abire iussi, & coacti sunt à Pop. Rom. Vitium est enim, propter contemptum religionis, in hac incommoda venisse Rempub. *Val. Max. lib. 1. cap. 1.*

Vix dici potest, quanto silentio sacras suas orationes perficiant TURCÆ. Habent inquisitores, qui accusatos de orationum omissione multis afficiunt ignominis, ut per urbem circumdentes, ac tabulam cum caudis vulpini collo appendentes, non sine multa pecunia dimittant: potissimum si orationes illas tempore Quadragesimæ intermittant. *Cuspius, lidem domus sua lingua vocant, & peccatum, & caudam vulpina: quoniam eos, qui tribus Veneris sacris non interfuerint, excommunicant, & in ejus rei signum caudam vulpina illis affigunt. Gal. Possellus.*

I N O B E D I E N T I Æ.

TALMUDISTÆ transgressores Talmudicarum fabulorum constitutionum majores pœnas constituerunt, quam illis, qui contra legem Moysi delinquerent quoquo modo. *Michael. Neander in Erotibematis lingue*

DRUPÆ Gallorum sapientes, uti Caesar in suis Commentariis testatur, si quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non steterit, sacrificiis interdicebant. Et hæc poena apud eos gravissima, quoniam quibus ita erat interdicitum, ii numerò impiorum, ac sceleratorum habebantur, ab iis omnes recedebant aditum, sermonemque defugiebant, ne quid ex contagione incommo ducerent, neque iis petentibus jus redderetur, neque honos ulli communicabatur. *Polyd. lib. 4. cap. 12. de Regum invent.*

P. Claudius, L. Junius Consules, neglectis auspiciis (quorum ideo fuit observantissima Romanorum antiquitas, quod

genus omne Reipub. constanti religione erga deos augeri, atque retineri, ut si qua alia re maxime sibi persuaderent) E navigaverant, & classem tempestate amiserant. Hoc nomine P. Claudius POPULI judicio damnatus est: alter sibi ipse mortem conscivit: non quod infeliciter pugnasent, sed quia contra auspicia: coque Reipub. patriæque suæ ritus, ac veteres ceremonias repudiare, religionem, cui parendum fuit, negligere viderentur. *Ærodotus ex Cic. lib. 2. de Divinat. Val. Max. lib. 4.*

IDEM A. Gabino accidisse fertur, qui postremis quoque temporibus Pompejo Magno solo consule, ob neglecta auspicia, & quod adversus quam libri Sibyllini suaderent, cum exercitu in Ægyptum profectus, Ptolemaum Auletem reduxisset, damnatus est abiens, & bona publicata. *App. 12. Bell. civilium.*

CÆDIS. EXPIATIO CÆDIS.

Expiandæ cædis gratia veteribus mos inolevit, ut ad cæsi caput ensem abstergerent, velut sic sceleris avertererent labem: vel corporis totius extrema præcederet, præsertim si civili cæde perpetrata, eaque connexa sibi ad alias, vel ad collum instar torquis applicarent, eo modo nocenti vim auferre se arbitrati; quod ab eis *μαρτυρῶν* dicebatur: quod in Electra Sophocles indicat, & ab Scholiastis est enarratum, ac repetitum ab Suida, in voce *ἰπυαριον*. Sed & inuit Apollonius *ἑξάπυρα τῶν δεινῶν* de Jalone, ac Ablyro. *Cælius lib. 3. cap. 23. & lib. 4. cap. 3. A. L.*

ORESTES occisa matre furis agitur, fluvio, qui septem ostiis in mare effunderetur, ablu iussus. Trezenæ ante sanum Apollinis ædificium quoddam est, quod Orestis appellant. Priusquam enim maternam eadem expiationibus Orestes elueret, de Trezenis nemo cum recto recipere voluit: sed in ea ipsa cella illum consistere iusserunt, ibique, qui ei lustrationi profuerunt, cum eo epulati sunt, quantisper ritè expiatus est. Manet adhuc ritus, ut illorum posteri stans diebus eodem in loco cœnent. Defossis autem non longè ab ea taberna piaculis, laurum enatam tradunt, quæ adhuc viret proximo ei tabernæ loco. Ad eum verò lustrandum, & alia Februorum genera adhibita, & aquam ex Hippocrene. *Pausan. in Cor.*

ULYSSES cædem procorum igne, & sulphure (quo præcipue usi sunt in expiationibus veteres) purgari, & expiari iussit. *Homerus in Odyssæa.*

PAUSANIAS, rex Spartanus, à cæde Cleonicæ amicæ nunquam expiari potuit. *Plut. in Pausania.*

Cum in acie Archilochum obrucnasset CALLONDAS Naxius, cui erat Caraci cognomen: repulsus primum à Pythia, quod virum Musis sacrum interemisset: deinde adhibitis supplicationibus certis, & inferis cum culpe purgatione, iustus est Tettigis domum pergere, & propitiare Archiloci manes: Ea Tænarus erat. Illic enim appulum cum classe Tettigem Cretem urbem condidisset, atque incoluisse, apud psychomantium perhibent. *Plut. de tarda Dei vindicta.*

MAHOMETUS cædem viri boni duorum mensium jejuniu, & poenitentia expiari opinatur. *Azara 10.*

Anno Sal. 1154. Ægyptiorum Calypham, quem ipsi numinis cujusdam loco colebant, Soldanus interfecit, quo suum filium Nofceradinum ad eam dignitatem eveheret. Sed populo arma contra homicidam corripiente, ipse cum filio fuga sibi consulens, versis Damasco Christiani profugos adoriuntur, iisque cæsis, tantis spoliis potiuntur, quanta vix unquam visa fuerant. Nofceradinus, qui forte in prædæ distributione Templaris militibus obtigerat, Ægyptus repetentibus venditis sexaginta aureorum millibus, in minutissimas partes disceptus fuit. *Tyrius.*

I N C E S T U S R E L I G I O S I.

Est inter Orchomenionem, & Mantinensium fines Diana Hymniæ cognomen, præca accolarum, & imprimis Arcædum religione sacrosanctum sanum. Deæ facris virgo præsidebat. Eam cum ad stuprum pellicere Aristocrates rex Arcædum non potuisset, postremò ad aram deæ confugientem violavit. Scelere patefacto, hominem ARCADES lapidibus obruerunt, & à virgine ad nuptam mulierem sacerdoti honorem transtulerunt. *Pausan. in Arcadibus.*

Themistius Aphidneus, quod initiis Eleufiniis Rhodiæ cithari-

citharistram violasset, Athenis capite mulctatus est. *Erodianus*

A *Dinarcho contra Demosthenem*, quibusdam superstitio-
Apud ROMANOS, quae Vestalis leviter deliquerat, verberibus
habuerat Pontif. Max. caedebatur: sin parum pudice castitate
habuerat, stuprique convicia erat, in eam manus, aut vim
inferre nulli licebat: sed postquam familiam in potestate ha-
bere, & sacris abstinere iusta fuerat: stata die sub effossa
humo ad portam Collinam, in loco, cui Scelerato nomen,
vivam defodiabant, virginis haec stupratorem, in comitio
caedebant ad necem. In ea enim subterranea erat fovea, ad
quam gradibus descendens, & in imo lectulus, lucerna ar-
dens, panis simul, & lac, item aqua, & in gutto oleum: vir-
ginem vero damnatam, demptis vitis è vertice, feretro im-
positam, cultu miserabili, maximo omnium horrore, eo de-
ducebant: quò ubi deducta fuerat, vinculis solutam, Pontifex
Maximus solemne praefatus capite velato ad
ostium foveae constituebat: & postquam introgressa fuerat,
illo averfo, & scalis sublati, desuperque ageita humo, de-
fodiebant vivam, ita ut ab omni hominis tactu illa ex-
tingueretur. Qua die tanquam lugubri, & ominosa con-
gruata urbe, velut si repentinum incommodum accidisset,
iustitio indicto, nihil publicae, magnaevae agere licebat.
Sic defossa fuit Comedia virgo Vestalis, auctore Suetonio.
Capronia suspensa cum his, qui eam corruerant. Suspen-
sionem Septilia, an quia suspensio supplicium preveniret.
Demum Amilia, qui corrupta L. Septilius, & Minutia,
ob incestum vivae defossa fuerunt. *Augustinus in libro de Civitate Dei*.
Non multo post prius, quam elades Camenae accepta est,
duae Vestales virginis Opimia, & Eltonia stupri comperta,
una ad Collinam portam viva, ut moris erat, sub terram
neceata est, altera sibi mortem conscivit. & L. Caninius
scipia pontificum, ejus incesti convictus, adeo atrociter
in foro a Pontifice flagris caesus est, ut inter verbera ex-
spiravit. *Sabellicus l. 2. de Annis. Plut. Fabio, & Alexand. lib. 3. cap. 12.*

B DOMITIANUS Jover. incesta Vestalium virginum a patre suo
quoque, & fratre neglecta, variè ac severe coarctavit:
priori capitali supplicio, posteriori more veteri. Nam cum
Ocellatis foribus, item Varonilla liberum mortis permis-
sisset, interitum, corruptoreque, eam relegasset: mox Con-
neliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo
intervallo repetitam, atque convictam, defodi imperavit:
supratoreque virginis in comitio ad necem cedi: excepto
pratorio viro: cui dubia etiam causa, & incertis qua-
litionibus, atque tormentis de semet profecto, exilium indul-
sit. *Suet. in Domitiano l. 2. cap. 2.*

Senatus Rom. Sp. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo
consulibus mandavit: ut de iis, quae sacris Bacchanalium
incestu vife fuerant, inquirerent: A quibus cum multa
essent damnata, in omnes cognatas intra domos animad-
verterunt: lateque patens opprobrii deformitas, seve-
nitare supplicii emendata est: quia quantum ruboris
avivati Romanae mulieres turpiter se gerendo in-
cuserant, tantum laudis graviter punire attulerunt. *Val. lib. 6. cap. 2.*

P CLAUDIUS nobilis familia erat, atate florente, feroci animo,
& procaci. Hic captus uxoris Caesaris amore Pompeje, assumpta
veste, & ornati platerie furtim penetravit in domum ejus.
Nam sacra tunc in aedibus Caesaris arcana illa quibus
nefas est viros interesse, agebantur, nec aderat vit
nullus: ista ille, quod adolescens esset, & imbecillus etiam, tum
D sperat acceitute posse cum mulieribus ad Pompejam per-
venire. Nocturnam in amplis ingressus ades habuit in diverticulis
Yagante conspicua Aureliae matris Caesaris ancilla, quae
vitic nomen ejus, Coactio logatillo, atque pedilequam de-
monstravit querere se Pompejam nomine Autam: ut vocem
animadvertit abhorrentem a femina, tollit clamorem, con-
voctaque mulieres: quae obsecratis foribus, omnibusque excussis
deprehendunt Clodium in cubiculo puella, cum qua ingressus
fuerat, latitantem. Cum ea res percrebisset repudiavit
C. Jul. Caesar Pompejam, ac nomen Clodii de violatis sacris
detulit. *Plut. in Clodio l. 3. cap. 12.*

IDIS sacerdotes pecunia corrupti a Decio Mundo Romano
adolescente, Paulinam ingenuam matronam persuadent
deum Anubim concubitu ejus expetere. Paulina Saturnio
marito rem communicat, & superstitioso homine facile
vincit, ut sibi deo morem gerere liceret: Perfonatus ego
Mundus cum Paulina concumbit. Postero die in publico
Paulinae factum exprobat, quod amore in victa, astra
vinci passa esset. TERTIUS Imperator, se cognita,
rumque

quia templum stupro profanatum esset, sacerdotes crucifigi,
templum diruijussit. *Josephus lib. 18. cap. 4. Antiq.*

SACERDOTES.

In Elephantina AETHIOPIA sacriligos hac poena mulda-
bant, ut opiumam herbam bibere cogentur. Qua pota, ita
terroribus, & falsis imaginibus afficiebantur, ut mortem sibi
ipsis conscirent. *Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. in Var. l. 1.*

Apud GRAECOS poena in sacriligos statuta fuit severis-
sima, ut praecipitatu, vel immergi, aut combustu poenas da-
rent. *Ibid. in Var. l. 1. cap. 5.*

Apud ATHENIENSES cum puer laminam auream, quae ex
dea corona deciderat, furto sustulisset, vocatus in iudicium,
ingenii, atque naturae sibi specimen dare iustus est. Iudices
quippe cum crepundia, laminam ipsam, ac alia etiam ve-
rilia proponeret, jussert, ut quod vellet acciperet. Puerum
puer cum interitu ad aurum inclinaret, plexus est: ut
fur, atque sacriligos. Neque tati veniam dederunt, sed
flagitium, & scelus vindicant. *Aelianus lib. 5. de Var. l. 1. cap. 12.*

Circha Delphorum navale est stadiis lx. distant. Cujus
incola olim cum aliis impietatis generibus Apollinis aumen
lassissent, & in sacrorum finium possessionem temere irruissent,
publico AMPHYCTYONUM decreto amina sunt in sacriligos mo-
ta. *Pauf. in Phocicis, l. 1. cap. 12.*

XANTIPPUS, Atheniensium dux, Artaxtam Persam sacri-
legum, qui sanum circa Protefilia sepulchrum thesauris plen-
num diripuerat, multum licet auri pro redemptione offerren-
tem interfecit. *Herod. l. 7. cap. 12.*

Phocenses necessitate coacti, Xerxe in Graeciam irruen-
te, ejus partes fecerunt. Sed mox a Barbaris defici-
entes, cum Graecis Plataeensi praedio interferebant: Insequenti
deinde tempore gravius multata est illis ab AMPHYCTYONUM
irrogata. Quam cum indignissimo animo ferrent, Philome-
lus Theocimi F. pro concilio censuit. Apollinis Delphici
templum diripiendum esse. Sententiam eius omnes approba-
runt, & sanum Apollinis spoliarunt. Olymp. cv. anno vi.
Sacra pecunia potiti, statim firmissimas mercenarias eos
hortes conduxerunt. Direpto templo ingens tumulus, &
seditio per univerfam Graeciam excitatus est, cum aliqui deo
subveniendum, & in Phocenses, veluti sacriligos, animad-
vertendum: alii rursus, ut in Phocenses auxilium jurerent,
deerevisent. In diversum poeinde tendentibus ingentium, &
urbium factionibus, templo succutere decreverunt BORORI
Loerentes, Thestali, Perrhabii: & praetor hos Dotes, Dolo-
pes, Athamanes, Achai, Phthioe, Magnetes, Aeneas, &
aliquorali: Phocenses vero auxilio erant Athenienses,
Lacedaemonii, & quidam alii ex Peloponneso. Bellatum est
per annos xx. varia fortuna. Collatis demum apud Neomeum
urbem signis Phocenses victi, Philomelus in fuga ex praerup-
to saxo sese praecipitem dedit: videri necis genus. Am-
phictyonum decreto, iis omnibus, qui cum fecuti fuerant,
rogatum. Onomarchus imperio suscepto, acie vltus a
Philippo Amynta, & Thebanis, propter ignaviam a suis
militibus jaculis confixus est. Frater ejus Phyllus, dum
ad imperandum aggressus, contabuit. Phalacrus filius magi-
stratu ob sacriligium dejectus, & in Cretam transmittens
miser trucidatus est. Tandem a Philippo Amynta F. Mac-
donum rege confectum bellum, cui se Phocenses dederunt. H

Amphictyones decreverunt, Philippum ejusque posteros in
collegium suum cooptare, cum duorum suffragiorum jure,
quae debellati Phocenses habuissent. Urbium trium Phoci-
dis moenia solo. aquari, ne ipsi Phocenses aut facili templi,
aut Amphictyonum consiliu aliquo modo participes essent.
Ne eisdem equos, aut arma habere liceret, donec subreptam
omnem pecuniam deo exolvissent: Phocenes autem, a hosti-
que, qui sacriligio eo inquinati suspensent, seculissimos
haberi, ex quo omnibus locis impune retrahi possent: Urbes
omnes, quae Phocensibus parent, dirui, & redigi in pagos,
qui haberent domos non plures sexagenis, quive haud mi-
nus intervallo stadii unius inter se distarent. Agros suorum
haberent, sed eorum vestigial annuum talenta Lx. deo pen-
derent, quoad pecuniam in rationibus scripta tempore tem-
pli direpti satis deo fecissent. Philippo, Thestali, & Boeotis,
jus Pythia certamina curandi esse, quod Corinthii Phocen-
sibus in rerum sacrarum interversione adjuutores fuissent. Phi-
lippum cum Amphictyonibus anno Phocensium auxiliorumque

rumque confringere, eorumque frustra, quae superessent in cen-
A dere, equos per aethionem distrahere. Haec omnia Philippus
comprobavit. *Diod. lib. 16.* Omnes Phocidas urbes diruta,
ad formam viciorum redactae, praeter Abas: nam Abas sacri-
legus profusus exierat fuerat, & a belli etiam societate abhorru-
erat. *Paufanias in Phocicis.*

PHOCENSES, qui Delphici Apollinis sanum diripuerat, &
bello sacro ob id facinus per decennium exagitati fuere, Gal-
los, qui duce Brenno templum illud spoliarè aggressi sunt,
accerrime persequi sunt, ut veterem infamiam solerent. *Pauf.
in Phocicis.*
Messeniorum juvenes quidam Spartans virginis ad sacra
profestas stupraverunt. Spartani noxios sibi dedi postulabant
Messeniorum major pars id negare, & contraria sententia
urbe pellerè. EXULES legatos mittunt Delphos, indignum
esse distantes, se causa Dianae suscepta, ut ejus sacrorum vio-
latores poenas luere, a dea ipsa, & Apolline ita deserti. Re-
spondit deus, unà cum Chalcidentibus Rhegium in Italiam ad
sedes quietas migrare, & id praelio loco a Diam haberent,
Messenione non multo post Sparanorum jugum subitura. Quod
B & accidit. *Strabo l. 6.*
Antiochus Syriae rex, qui Magni cognomen tulit, su-
per ceteras belli elades, quibus fuerat afflictus, gravissimo
etiam tributo, quo pacem a Romanis redemerat, exhaustus,
ad sacriligium animam adiecit, exercitumque ad Di-
dymè Jovis templum nocturno, ut id tumultuario im-
petu donatis spoliarè: Finitimorum incurfu cum om-
nibus est copias oppressus anno sui regni sexto, & trig-
esimo. Seleucus ejus filius successit, qui Philopatori cog-
nomen fuit. *Sabel. lib. 8. Enn. 5.* Cum Nanez sanum no-
ctū spoliarè aggrediretur, cum paucis in templo con-
clusus, lapidibus desuper per templi lacunam a SACERDO-
TIBUS obrutus, & in frustra concussus fuit. 2. *Macchabeo-
rum l. 1.* Strabo etiam, & Justinus eum sacriligio necatum
tradunt.
Q. Fulvius Flaccus Censor, ut equestris Fortunae tem-
plum, quod adificabat (cum id antea bello Celeriberico no-
viffet) augustus, & magnificentius redderet detecta aede
Junonis Lacinae, profectus in Brutios, tegulas marmoreas
eò transtulerat. Ruinis templorum adificari, piaculum
esse visum est, ac grande sacilegium, quod nulla magistra-
tus auctoritate excutari possit. Igitur relatione facta, praef-
ertim cum parum jam inde mens illi constare videretur, cen-
suerunt PATRES, ut haec regule reportanda locarentur: istiusque
rei nomine Junoniacularia fierent. *Livius lib. 2. Decad. 5.
Val. Max. lib. 1. cap. 2.*
SENATUS Rom. Pleminii legati Scipionis in Thefauro Pro-
fepinae apud Locros spoliarum, sceleratam avaritiam iusta
animadversione vindicavit. Cum enim cum vinctum Romam
pertrahi iussisset, ante caudæ ditionem in carcere, reterito
genere morbi consumptus est. Pecuniam dea, ejusdem tena-
tus imperio, & quidem summam duplicando, recuperavit. *Val.
lib. 1. cap. 2.*
Quidam Domitianus libertus, ex lapidibus Jovis Capitolini
templi destinatis, filio suo monumentum paraverat. DIA-
LES re ad Principem delata, lapides eximi postulabant, eoque
transfert, quò semel voti, ac dedicati essent. Libertus male
se dicebat ex lege duodecim Tabularum duplum solvere,
quam pati se invito lapides eximi, nam & eos nunc auferri non
posse uti est, qui violati sepulchri actio competeret: minu-
que imponendo, quam eximendo violata religio diceret. Mo-
D tamen Imperator DOMITIANUS, ne qua religio deorum
impune contaminaretur, monumentum diruijussit, ostiaque,
ac reliquias in mare proici: hoo ipso duntaxat paulo inhum-
ior. *Suetonius.*

LÆSI PER CRIMEN. CORRECTIO
SUPERSTITIOSA IMPIETATIS
commissa erga
ANIMALIA QUAEVIS SACRA.
ATHENIENSES Atarbem, quoniam Aeculapii sacrum passe-
tem usque ad necem verberasset, mortu ad iudicium, quamvis
diceretur, vel invidus, vel furor percussus id fecisse. *Aelianus
lib. 5. de Var. l. 1. cap. 12.*
Quo tempore Ptolemaeus Rex a Romanis socius, atque
amicus dicitur est, applaudentibus AEGYPTIENSIBUS, Italosque ad
se venientes summo studio colentibus, maximeque anni-
tentibus, ne quam discensionem, aut belli causam praerent:

tamen cum quidam Romanus sclem occidisset, ad domum ejus
concurfu plebis facta, neque a regis ad id missis principibus,
neque Romanorum timore a poena hominis absterri potue-
runt, quamvis non sponte bestiam occidisset. *Diod. lib. 1. cap.
2. 4. Strabo lib. 17.*
Ann. 1569. cum Jo. BASILAPES Moscorum Dux esset in
arce Wolochida, quam extrui curabat, operari fame
pressi, vitulum emptum mactarant. Dux iussit omnes com-
prehendi, & flammis tradi. Apud Ruthenos enim, & Mosco-
vitas, grande nefas est vitulum mactare. *Alex. Gaug. in Mo-
scovia.*

SACERDOTES.
Cn. Tremello tribuno plebis, quod M. Aemilium Lepidum
Pontificem maximum conviciis aspersisset, a Populo ROM.
multa gravissima dicta est. *Alex. l. 5. c. 1.*

LIBROS SACROS.
M. Atilius duumvir sacrorum custodiendorum sub rege F
TARQUINIO fuit. Ispescunia corruptus, describendos libros
Sibyllinos homini privato, & plebejo Petronio Sabino con-
cesserat. Hanc ob rem, partidarum veterè supplicio damna-
tus est, culeo nimirum insutus, & in mare abjectus: etenim
censuisse Tarquinium, pari vindicta, parentum, ac decorum
violationem expiandam esse. *Dion. Halycar. lib. 4. 9. Val. Max.
lib. 1. cap. 1.*

TEMPLA VIOLATA.
Furto, sacrilegio.
Vide praeced. Epitulum, Sacrilegii correctio.
ALEXANDER Magnus, victo Dario, in Baetram profectus,
Branchidarum oppidum subita vici capium hostiliter diripuit.
Violaverant olim majores Didymaionis templum, quod apud
Milesios fuit, proditis thesauris Xerxi regi, atque ob id in
Asiam ab eo traducti: Direpta urbe cives ad unum sunt truci-
dati: nec commercio lingua, aut suppliciorum velamenti, pre-
cibusve, ferrum inhiberi potuit. Muros urbis a summo ad
inum victor Macedo demolitus est. Sacros etiam locos extri-
pavit, ut ne vestigium quidem ullum extaret in posterum. *Sabel.
lib. 5. Enn. 4. Strab. lib. 11.*

Stupro.
Incessus paulo ante exempla attulimus.
Sponte Lycaeam Jovis templum inaccessum ingressos, la-
pidibus ARCADES obruunt, im ex imprudentia, ad Eleu-
theras dimittunt. Nam ut Archelimus in Archadici est au-
thor, aliqui, qui eò imprudens penetrarant, fuerunt Philia-
sis ab Arcadibus, Megarensibus a Phliasibus dediti: dum au-
tem deportantur Megara, Thebas, juxta Eleutheras imbri-
bus, tonitruis, ac prodigijs detenti. Ex quo etiam cum Io-
cum Eleutheras quidam autumant appellatum. Quod autem
dicitur non reddi ab iis, qui Lycuum intraverunt, umbram,
haud est verum per se, sed enigmatice: quia necatur is, qui
intravit. Extinctorum autem ajunt Pythagorici animas non
jacere umbra, nec convivere. Sed & umbram reddit fol, sed
Solem eripit lex ingresso. Cervus autem vocatur ille, qui
eò se intulit. Hinc Cantharionem Arcadem, quod ad Elios, H
qui cum Arcadibus bellum gerebant, transisset, templum-
que inaccessum transmississet cum prada, & tranfacto bello
Spartam pergressisset, dederunt Arcadibus Lacedaemo-
ni: cum iussisset deus, ut cervum redderet. *Plut. in quaest.
Graecis.*

Imaginibus.
JUDÆI aquilam auream ab Herode supra majorem tem-
pli portam erectam clara meridie deiecerunt. *Josephus lib.
17. cap. 8.*
Pulveris dissipatione.
ATHENIENSES, si quis serotem excuteret ex Heroo, eum mor-
te mulctabant. *Aelianus l. 8. Var. l. 1.*

A STERORE. PISTRATUS tyrannus, cum, qui templum Apollinis stercore sedaverat, vincium iussit in via flagris cædi, præcone proclamante: Ille verberibus casus interficietur, quod editum, ne qui in fano Apollinis ventrem exoneraret, contemplit. Suid.

SACRA, QUIA PROFANATA, VIOLATA.

Vide Tit. præcedentem Incofius religiosi.

Accusatio Alcibiadis hæc verbis per scripta fuit: THESSALUS Cimonis filius Laciades, Alcibiadem Cliniz Scambonidem, quod adversus ceremonias, & instituta Eumolpidarum, præconum, & sacerdotum Eleufenium mysteria simulavit, & familiaribus suis domi ea ostendit, veste indutus, quali ostendit sacra hierophantes, se ipse Hierophantem nominavit, Polytonem taderum, præconem Theodorum Phegensem, ceteros fodales mystas appellavit, & spectatos violatorem deorum Cereris, & Proserpinæ detulit. Damnaverunt eum indicta causa, publicaverunt bona eius: insuper sciverunt, ut omnes sacerdotes caput eius facerent. Unam autem Theano Menonis filiam Araulentem plebiscito intercessisse, ac votorum se dixisse, non execrationum esse sacerdotem. Plut. in Alcib.

Andocides orator, impietatis accusatus est ATHENSIS, quod sacrum imaginum ornamenta lascivius conficidisset, itemque interiorum sacra polluisset. Is cum servum suum quæstioni dare postulantem accusatori recusasset, pro convicto habebatur: & penas luisse, nisi sceleris se actores indicaturum promississet. Quapropter & alios plures, ac patrem etiam Leogoram indicavit. De cæteris sumptum est supplicium: Leogora venia concessa est: pro merito erga Rempub. atque etiam (ut opinor) ne pater filio accusante damnatus videretur. Plut. in vitis decem Orat.

Valerius Soranus poeta antiquissimus, quod arearum nomen Romæ pronunciaisset, cruci affixus fuit à ROM. Alii ut & Plinius, eum subita morte corruisse affirmant. Hinc Angerona silentii preses coeli cæpta, cui ante 12. Calend. Januarii Romani sacra faciebant. Gyal. Dial. 4. Hist. poetarum.

SIMULACRA.

In vico Arcadiæ Condylea dicta, sanum est præcum Diane Condyleatidis. Ibi cum pueri circa templum ludentes, reperio funiculo, Diane signum obligato collo per lufum transisset: CARHIENSES, pueros violati nominis crimine damnatos, lapidibus obruerunt. Pauf. in Arcad.

Stilpo Megarensis Philosophus, cum de Minerva, quæ in templo erat, & deo ipsa pronunciaisset, quia hæc Phidiaz fit, non Iovis opus, ad AREOPAGITAS accessit. Et quæquam recte se locutum esse affirmaret, quia revera Minerva non deus, sed dea fit, non placuit ista collatio. Itaque primo quoque die is urbe abire iussus est. LAERTIUS 1. 2.

TARTARI suo regi ante stationem magnum simulacrum honorifice ponunt, cui equos, quos nemo deinde conscendit, dicant. Mañant etiam animalia varia, quæ combustis ossibus devorant. Huic quique præteriens se inclinare, ac prævenari cogitur: quod cum Michael dux Ruthenorum facere recusaret, extemplo trucidatus est. Bonfin. lib. 9. Dec. 2.

FESTA VIOLATA, intermissa.

Superstitiosè urgebant PHARISEI observationem sabbathi, quando videbant Dominum die illo curantem infirmos: Luc. 6. & 13. Item quando videbant discipulos eius spicas vellentes, & manibus conficantes. Luca 6. Matth. 12. Marc. 2.

Vitellius Pontificatum maximum apud Rom. amisit, quod ad xv. Calend. Sextiles ceremoniis publicis in sacram diem concilium edixisset. Alex. ab Alex.

DE SUPERSTITIOE JUDICIA, ET APOPTHEGMATA.

Cum porta LEOTYCHI proxima clavam draco circumvolutus esset complexus: idque augures affirmarent esse portentum: Mibi, inquit, nequaquam, videtur: sed si clavus fuisset circumplexa draconem, portentum erat. Lepidè irriti sunt superstitionem, qui terrentur his, quæ casu, nec præter naturam accidunt. Hunc mortalis ingenii morbum alunt augures, arioli, aruspices, ac divini. Verum ubi quis ter rectum, & honestum instituit nefaria consilia, tum oportebat horrere portentum, & aliquid mali sequiturum expectare. Plut.

PERICLES, cum urgeter belli necessitas, Palladis ornamenta vendidit quadraginta talentis auri, & admirantibus ab illo rem facilem admitti, respondit, Ex hostium manibus posse illi reddi cultum nihilo deteriore. Eras. Roter. lib. 8. apoph.

IDEM ad bellum profecturus, cum suam ipse tremeam contenderet, solis deliquium accidit, tenebraque obtortæ in prodigium magnum tractæ omnium animos consternaverunt. Ibi Pericles cum videret gubernatorem ingenti timore captum, oculis ejus clamydem præterdit, percontatusque est, an horribile aliquid id effectum, aut portentum eo factò putaret; neganti. At quid interest, ait, inter istas, & has tenebras? nisi quod majus est id, à quo illa sunt inducta. Plut.

IDEM Egrotans, amico cuidam cum invensenti ostendit amuletum collo sibi circumligatum à mulieribus, addens Pessimè se affectum esse, qui talem stultitiam in se admisisset. Plut. in Pericle.

AGESILAUS rex, cum adstantem ara Palladis, cui apud Spartanos ab æreo delubro θεραπæis cognomen est, ut bovem immolaret, momordit pediculus, non adversatus est, sed arreptum valam omnibus occidit: per deos inquit, æquidem infidiatorem lubens, vel in ipsa ara videlicet declaravit animum, nec inepto pudori, nec superstitioni obnoxium. Plut. in Lac.

Philippus quidam erat profectus Orphei mysteria, & his alios imitare solitus: is cum esset extrema paupertatis, tamen apud LEOTYCHIDAM dicebat, eos, qui apud ipsum Orphei sacris initiati essent post obitum fore beatos. Quin igitur, inquit, AGESILAUS d demens, quam occyffimè vitam abruptis, ut definas infelicitatem tuam, ac inopiam deplorare? O animum ab omni superstitione liberum! Post hanc vitam felices erunt, qui hic piè, justèque vixerint, non qui fidis Ethnicorum ceremoniis fuerint initiati. Hoc per se valium erat Lacedæmonis, qui hic piè vixissent, eos obitu fieri divos. Plut. in Lac.

EPAMINONDAS cum aliquoties ad hostem cum copiis accederet, & tonitru extitisset: interrogantibus suis, quid significari eo tonitru putaret, respondit, superstitionem eorum irritans: Deum tonitruis reddidit hostes, stuporemque iis iniecit, qui cum propè apta loca essent, iniquo loco castra ponerent. Plut. in apoph.

LUCULLUS, cum in Armeniam cum decem millibus armorum, & mille equitibus adversus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum milia habentem in exercitu, pridie nonas Octobris, quo die prius Scipionis copie deletæ fuerant, quodam admonente, quod Romani diem illum, ut nefastum, & inauspicatum metuerent: Ergo inquit, hodie alacriter pugnemus, ut hunc quoque diem ex nefasto, funestoque Romanis hilarum, & auspiciatum reddamus. Plut. in Rom. apoph.

M. CRASSO conficturo cum Parthis, extra e manibus deciderunt: hoc tum cæteris, ut inauspicatum interpretantibus, ac prælium distudantibus: Hujusmodi, inquit, incommoda multa nobis fenectus adfert: at arma tamen nunquam e manibus deciderunt. Plut. in Crasso.

Verum illud CATONIS admodum scitum est, qui mirari se agebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cum vidisset. Quota enim res quæque evenit; prædicta ab illis? aut si evenit quippiam, quid adferri potest, cur non casu evenit? Cic. 12. de Divinatione.

ALPHONSUS cum triumphalem curtum ascenderet, non defecerunt, qui admonerent, ut triumphantium more vultum minio illineret. Verum rex cum hoc contemneret, dixisse fertur; minimum Baccho soli convenire, qui non solum triumphis, sed vini etiam repertor extitisset. Ant. panorm. de reb. gest. Alphonsi.

PYTHAGORAS dicebat, sacrificia stultorum ignis esse alimenta, eorumque anathemata victum sacrilegis suppeditare. Sibauii serm. 4.

DEMONAS accusatus, quod nunquam sacrificasset Minervæ: Nunquam, inquit, existimavi illi meis victimis opus esse. Notans ineptam vulgi superstitionem, qui putabat deos hostiarum nidore delectari. Eras. 1. 8. apoph.

IDEM cuidam dicenti, Eamus in Æsculapit templum, & Demonas, pro filii salute deprecaturus Deum: Adeo ne, inquit, furdastrium existimas Deum, ut non nisi in templo non sit auditurus. Eras. lib. 8. apoph.

Supplicatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SUPPLICATIO imò Græcè, est humilis deprecatio, cum aliqua sui submissione facta, non enim hic ea voce utitur, prout significat devotionem animi, qua in gratiarum actionem populus pro re aliqua majoris momenti à Deo impetrata, illi se dedicat, cultumque exhibet. Quales supplicationes apud Græcos vocant, earumque meminit Cic. in Casil. & Casar. lib. 4. Bel. Gallici. Neque etiam supplicationes hic accipimus, ut idem sunt, quod Processiones factæ apud Catholicos, jam enim de illis egimus in loco de Processionibus.

SUPPLICARE. SUPPLICATIONES FACERE. IN GENERE. QUOMODO.

Apud ASSYRIOS supplicis formam indicat, si quis curvatis membris, humumque cultu penè contingens, manus post tergum connexerit. Cælius lib. 15. cap. 18. A. L.

Narrat Plut. com. de 1. Frigido, morem fuisse apud PERSAS, ut supplex in fluvium descenderet, ignem gestans, mitans, si consequeretur, quæ petebat, se ignem misitum in aquam. Atque ad eum modum impetrabat quidem, quæ rogabat, sed multatior, quod minatus esset se facturum id, quod esset contra rerum naturam. Nam aqua hostis est ignis, eumque semper extinguit. Id supplicandi genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non esset fas reculare, quod petebatur. Eras. in Adagiis.

DARIUS Persarum rex, accepto nuncio Sardes captas, incensæque ab Atheniensibus, atque Jonibus, arcum poposcisse dicitur, eoque sumpto sagittam, quam imposuerat, in cælestium excussisse, & dixisse: O Jupiter, contingat mihi, ut Atheniensis ulciscar. Atque hæc locutus, cuidam famulorum præcepit, ut sibi semper apposta cæna, ter diceret: Here, memento Atheniensium. Herod. 1. 5.

Etiam aliter hæc dicitur. In corio sedere. Moris apud SCYTHAS fuit, si quis ab alio injuria afficeretur, quem ulturus se ad vestra fore parem non putaret, ut bove immolato, carnes in frustra eonicias elixaret, & corio humi extento insideret, manibus in tergum rejectis, quo nullum est apud Scythas majus supplicandi genus. Qui verò volebat, parte carniam accepta, & dextro pede corio insidentem, se pro virili operi eorum pollicebatur. Estque hæc sanctissimum juramentum. Suidas, & Herod. lib. 1. 5.

Apud GRÆCORUM antiquissimos, in supplicando oleæ ramum, velamenta supplicum offerre usurpatum fuit. SPARTANIS truda exta in manibus obtulisse. Apud SCYTHAS, & LATINOS populos supplicem ad Vestam, sive Larem fuderat cultum, abjuratibus, & maximum supplicandi genus. Si quis ab alio injuria afficeretur, quem ulturus se ad vestra fore parem non putaret, ut bove immolato, carnes in frustra eonicias elixaret, & corio humi extento insideret, manibus in tergum rejectis, quo nullum est apud Scythas majus supplicandi genus. Qui verò volebat, parte carniam accepta, & dextro pede corio insidentem, se pro virili operi eorum pollicebatur. Estque hæc sanctissimum juramentum. Suidas, & Herod. lib. 1. 5.

Veteribus GRÆCIS recepti fuit moris, ut supplicantes caput, dextram, genua ejus, cui se ingererent supplices, continerent: nec totum tamen caput, sed mentum modo, ut statueret Homerus videtur, vel barbæ medullitium, quod probat Euripides Mentum dextra, genua sinistra. Plin. 1. 1. c. 45. Id quidem dicitur in præteritis, quia sit in nobis parsæ principalis, Dextram verò, dicitur in præteritis, quoniam sibi maxima infusa ad agendum facultas. Genua propter motus, & progressionis necessitatem. Tria verò hæc symbolicè, consensum, actionem, & progressionem ad ea, quæ peterentur, præstanda, complecti videntur, & veluti si quis quædam in se habet, id est, auguriam finis supplicandi. Sinistram cerere attingisse, omnino sum censebatur, id est, prosperam: quando, & improspere vocabantur, & si in se habet: bona verò, & fortunata signa: Cælius lib. 15. cap. 18. Antiq. lib. 1. vel eest, ut ostenderent, in amplexandis genibus suam humilitatem, & miseriam, auxilio, & ope aliena egentem. Attrectando autem mento, sive barbæ, & prestanda dextra implorare insinuarunt, tum prudentiam ejus (quæ in capite residet: nullam autem capitis partem commodius tangere poterant, quam mentum) ut sibi consilio adesset: tum justitiam in tribuendo cuique, quod suum est, & cuius fundamentum est fides, fidei autem symbolum dextera: F qua etiam opus facere, & auxilium ferre consuevimus. Eustat. Iliad. 4. Hecuba Euripidis illud Ulyssi præfracto obicit, quod dextram oculuerat, præstita spe venia omnis. De genibus, quod ea supplices attrectabant, multa sit apud auctores utriusque linguæ mentio: certè misericordiam sedem in genibus consecratam fuisse à vetustate memorat. Servius, quod dicitur, tumidè his verbis extulit lib. 11. cap. 45. Plinius: Hominis (inquit) genibus inest, & quadam religio; observatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus testantur, hæc ut aras adorant: fortassis, quia inest iis vitalitas, quippe quorum inanitate perfossa cæu jugulo, spiritus fugiat.

CRATES Thebanus philosophus, cum pro quodam supplicaret, gymnasi principii, procumbens attingit coxam illius loco genuum, indignanti gymnasiarcho: Quid, inquit, an non hæc aequæ tua sunt, ac genua? Laertius 1. 6. cap. 5.

Fuco Andegavensis Comes, postquam vivens Comitatus honorem filio GAUFREDO tradidit, armis postea, laboreque magno, quia acerbe populis imperabat, honore eum deiecit, nec tamen multo post restituit. Nam filius agnita culpa ad fratrem venit, jumentariaque sella in integrum recepta, patris pedibus obvolutus veniam petiit. Fulgofus lib. 8. cap. 9.

GULIELMUS quidam Normannus, cum Roberto Normannorum Duci rebellasset, fame compulsus, occurrit principii suo nudis pedibus, sellam equestrem humeris bajulans. Is erat tum satisfactionis ritus substitutorum. Placatus Dux cum admittit in gratiam precantem, ac penitentem. Crantz. lib. 3. Norvegie, cap. 23.

Cum intercessore Uladislaw II. Boemæ rege Fridericus Imperator MEDIOLANENSIBUS obsecris pacis condiciones dedisset, eoque populus acceptasset: duodecim urbis Senatores in castra venire penitentium habitu, faccis induti, pedibus nudis, facie, & barba squalidi, stricoseque singulicenses collo suo succollantes, quasi statim decollandi, in genua prostruere, collaque velut ad feriendum portere, diuque sic adgeniculati, prostrati jacere, antequam Cæsar clavos portarum urbis ab illis reciperet: detinuitque eosdem in castris, donec ipse triumphantium more urbem ingressus decideret, Senatoribus cæu captivis ante curram aditis. Dubravus lib. 12.

Cum Ferrariam urbem Veneti armis occupassent, Clemens V. Pp. Venetum nomen gravi anathemate infectabat. Profectus est ad eum publico nomine FRANCESCUS Dandulus orator, & cum aliquoties ab ipsius conspectu reciteretur, nova arte ad prændentem Pontificem in palatio quadrupes accessit, ferrea collo injecta catena, & flexo quantum potuit in terram capite, supplex petens: ut Veneto Senatui veniam daret. Admiratus Pontifex rei novitatem, complexus hominem: Cape, inquit, exhibitio pudoris à me veniam; Ducique tuo, & Senatui seribito meo nomine, solutos eos mea omni posthac execratione, charissimisque mihi semper ab hoc die futuros. Eguar. lib. 4. cap. 5.